



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum

Heinrich <VIII., England, König>

Parisiis, 1562

De Satisfactione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30233**

da sunt, & diligenter excutienda consciētia, vt si fieri possit, nullum nobis patiamur excidere? Nam quod Lutherus velut acutissimum telum conicit, neminem posse omnia peccata confiteri, propterea quòd nemo potest omnium recordari, telum est obtusissimum. Quis enim nescit, neminem, qui dixit omnia peccata confitenda fuisse, tam stolidum, vt senserit etiā illa sacerdoti narranda in aurem, quæ cōfidenti non venissent in mentem?

DE SATISFACTIONE.

*Lutherus  
tam ver-  
borū pro-  
digus, vt  
malit mul-  
tis verbis  
nihil dice-  
re, quā ta-  
cere.*

*Lutheri spi-  
ritus, qui il-  
lum secre-  
torum ad-  
monuit,*



DE satisfactione nescio an satisfaciatur aliis, mihi profecto videtur potius quā taceret, maluisse multis verbis nihil dicere. Nam primum quod ait ecclesiam sic docere satisfactionem, vt populus veram satisfactionem non intelligat vnquam, quæ est innouatio vitæ, quis non videt meram esse calumniam? Quis Lutherum docuit ecclesiam non docere, innouandam esse vitam? Totam non peragravit ecclesiam, non omnibus interfuit

confessionibus, ut hanc audiret in sciam  
 sacerdotum. Necessè est ergo aut spiritum  
 sanctum habeat in sinu, aut dæmonem ali-  
 quem in pectore, qui istud ei inspirauerit.  
 Sed quisquis hic spiritus fuit, bonus esse  
 non potuit, qui falsitatem docuit, sed spi-  
 ritus ille de quo dictum est, Diabolus mē-  
 dax est, & pater eius. Nam nemo nescit  
 falsam esse quod Lutherus assertit pro ve-  
 ro. Quis enim vnquam a deo stipes fuit, ut  
 sic indiceret opera satisfactoria pro præ-  
 teritis, ut indulgeret futura? Quis non as-  
 sidue, quum absoluit, illa Christi verba  
 succinat: Vade, & noli amplius peccare? Et  
 illud Pauli. Sicut exhibuistis membra ve-  
 stra seruire immunditiæ & iniquitati ad  
 iniquitatem, ita nunc exhibete membra  
 vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.  
 Quis non legit illud Gregorij: Pœnitentiam  
 quippe agere digne non possumus,  
 nisi modum quoque eiusdem pœnitentiæ  
 cognoscamus. Pœnitentiam quippe age-  
 re, est & perpetrata mala plangere, & plā-  
 genda non perpetrare. Nam qui sic alia  
 deplorat, ut iterum alia committat, adhuc  
 pœnitentiam agere ignorat, aut dissimu-  
 lat. Quid enim prodest, si peccata luxuriæ

*Ioan. 8.**Aperta ca-  
lumnia Lu-  
theri.**Ibidem.**Roma. 6.**Gregorius.*

quis defleat, & tamen adhuc auaritiæ asti-  
 bus anhelat. Quod si nihil horum dicere-  
 tur, tamen quum sacerdos indicit pœni-  
 tentiam pro commissis, ipsa re docet non  
 esse rursus committenda, quæ rursus sunt  
 punienda. Lutherum ergo manifeste li-  
 quet nihil habere pensi quid dicat, modò  
 verborum effutiat aliquid quo calumnie-  
 tur ecclesiam. Quæ res maxime semper  
 patet ubicunque velut in re maximi mo-  
 menti, maxima voce declamat, quemad-  
 modum in his verbis facit: Quæ monstra  
 tibi debemus Romæ a sedes, & tuis ho-  
 micidis legibus & ritibus, quibus mundum  
 totum eò perdidisti, vt arbitrentur sese  
 posse deo per opera pro peccatis satisfacere,  
 cui sola fide cordis contriti satisficit,  
 quam tu his tumultibus non solum tacere  
 facis, sed opprimis etiam, tantum, vt habeat  
 sanguisuga tua insatiabilis, quibus dicat,  
 affer, affer: & peccata vendat? Quis nò ar-  
 bitretur, quum hæc verba legat tam atro-  
 cia, tam tragica, Lutherum in sede Roma-  
 na deprehendisse ingentia & abominan-  
 da portenta? At si quis omnia persculetur  
 diligentius, videbit parturiète monte na-  
 tum ridiculum murem. Nā primùm, quum

Lutheri  
 verba.

ridiculum est illud quod exclamat in Romanam sedem? quali Romae tantum, & non per omnem totius orbis ecclesiam exigentur opera satisfactionis, & iniungatur poenitentia: aut quasi leges, quas ille vocat homicidas, non sint editae plerasque à sanctissimis olim patribus, & publico Christianorum consensu in synodis ac generalibus conciliis. Deinde quum dicit, quod per opera non satisficit deo, sed sola fide, si sentiat quod non per sola opera sine fide, stulte bacchatur in sedem Romanam, in qua nemo fuit unquam tam stultus, qui diceret opera sine fide satisfacere, quum nemo nesciat illud Pauli: Quod non est ex fide, peccatum est. Sin opera sentit superflua, & fidem solam sufficere qualiacunque sint opera, tum dicit aliquid, & vere dissentit à sede Romana, quae credit diuo Iacobo, quod fides sine operibus mortua est. Videtis igitur, quam in epte se commouet Lutherus, qui sic inuehitur in Romanam sedem, ut semet interea vel stultitiae retribus vel impietatis inuoluat. Quamquam profecto propinquius opinor vero, Lutherum sentire, fidem semper absque operibus bonis satis esse

Rom. 14.

Iacobi. 2.

*Verba Lutheri.*

*Deum curare opera nostra.*

*Luce. 12.*

*Augustin<sup>9</sup>*

ad salutem. Nam id illum sentire, tum ex aliis locis multis euidenter liquet, tum ex eo quod dicit, Opera deus nihil curat, nec eis indiget. Indiget autē, vt verax in suis promissis a nobis habeatur. Quibus verbis quid senserit Lutherus, viderit ipse, ergo certe deum credo & fidem nostram & opera nostra curare, & neque operibus nostris egerē, neque fide. Nam vt honorum nostrorum non eget, qui deus est, ita curam habet omnium que faciunt homines, q̄ aliud ab his fieri vetat, aliud iubet. sine cuius cura ne vnus quidem passer cadit super terram, quorum duo veniunt dipondio. Sed quia videtur Lutherus eō vergere, vt poenitens tantū ingredia- tur nouam vitam, ac negligat a sacerdote pro commissorum satisfactione suscipere poenitentiam, audiamus quid in hac quo- que parte scribat sanctissim<sup>9</sup> Augustinus. Nō sufficit, inquit, mores in melius cōmutare, & a preteritis malis recedere, nisi etiā de his quæ facta sunt, satisfaciat dño, per poenitentię dolorē, p̄ humilitatis gemitū, per cōtriti cordis sacrificiū, cooperatibus eleemosynis & ieiuniis. Et alibi: Ponat se poenitēs, inqt, oīno in iudicio & potestate

Sacerdotis, nihil sui reseruās sibi, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro vitanda corporis morte. Item alibi. Ligant quoq; (inquit) sacerdotes, dum satisfactionē pœnitentiæ confitētibus imponunt: soluunt, quū de ea aliquid dimittunt. Opus enim iustitiæ exercent in peccatores, quū eos iusta pœna ligant: opus misericordiæ, quum de ea aliquid relaxant. Satis igitur aperte me docuisse cōfido, quàm temere calumniatur ecclesiam, & per omnem pœnitentiæ partem quàm inepta, quàm impia, & quàm absurda contra sanctos patres, contra scripturam sacram, contra publicam ecclesiæ fidem, contra tot ætatum, tot populorum consensum, contra sensum ferme communem constituat: quibus tamen ille non est contentus, sed quū diu falsus esset pœnitentiam esse sacramentū, tandem in fine totius libri pœnitere cœpit eum quòd quicquā omnino liber haberet veri: eo que mutata (quod solet) in deterius sentētia, pœnitentiā prorsus negat esse sacramentum. At idē antè fatetur se non dubitare, quin quicumque coram quouis priuatim fratre vel sponte con-

h iij

*Satisfac-  
tionem pœ-  
nitentiæ ne-  
cessariā es-  
se confite-  
ntibus.*

*Lutheri in-  
constantia.*

fessus vel correptus veniam petierit, &  
 emendauerit, ab omnibus occultis abso-  
 lutus sit. Si ita sentit, quanquam falsum in  
 hoc sentit, quod ait corā quouis priuatiū  
 fratre, & in hoc item quòd nihil interesse  
 censet an cōfiteatur vltro, an correptus  
 petat veniam: tamen si pœnitentiā etiam  
 talē censet esse tam vtilē, cur pœnitentiā  
 eximit è numero sacramentorū? Non ob  
 aliud omnino, quā vt haberetur in mino-  
 re pretio, & viduata nomine sacramenti  
 (quod apud Christianos est ī veneratio-  
 ne) vilesceret. Quam in rē non alium re-  
 perit prætexitum, quā quòd pœnitentia  
 non habeat signum visibile: quasi vel ex-  
 terior pœnitentia, vel ille ipse corporeus  
 actus & gestus quo sacerdos absoluit pœ-  
 nitentē, signum esse non possit spiritualis  
 gratiæ qua pœnitens consequitur remis-  
 sionē. Sed vt aliquando finē loquēdi fa-  
 ciam de pœnitentia, vtinā aliquando pœ-  
 niteat ipsum tam male tractatæ pœniten-  
 tia, & cuius omnes partes conatur euer-  
 tere, salubriter olim partes omnes adim-  
 pleat, conteratur de malitia, publice con-  
 fiteatur errores, & ecclesiæ (quam tot  
 blasphemis offendit) iudicio se subiiciēs,



quicquid antè commisit, quanta maxima potest, (nam digna profecto non potest) satisfactione recompenset.

## DE CONFIRMATIONE.



Confirmationem adeò non recipit pro sacramento, vt etiam mirari se dicat, quid ecclesiæ in mentè venerit, vt confirmationè faceret sacramentũ; & in re tam sacra ludit & nugatur homo nugacissimus, quærens cur non ex pane quoque faciant sacramenta tria, quum ansas quasdam habeant ex scripturis. Ideo non facit ecclesia, quia non apprehendit ansam ex qualibuscunque scripturæ verbis alia condendi sacramenta, quàm quæ Christus instituit, & suo sanctificauit sanguine: quemadmodum e diuerso nullum eorũ omittit, quæ a Christo & Apostolis per manũ deinceps tradita sunt, etiam si nusquã quicquã de eis scriberetur. Nam quod ait confirmationè nullam operari salutẽ, nulla fulciri promissione Christi, hoc dicit tantũ, neque probat quicquã: duntaxat negat omnia. At quum loca quædam Lutherus ipse commemo-

*Lutheri nugacitas.*

*Luthe. per petunt mor*